Ernst Mayr Library
Museum of Comparative Zoology
Harvard University

24664

HARVARD UNIVERSITY

Mol.
QL
406
.M65
1936

LIBRARY
OF THE
DEPARTMENT OF MOLLUSKS
IN THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY
Gift of:

Synopsis methodica
MOLLUSCORUM
DUPLICATE CLENCH
GENERUM OMNIUM

et

SPECIERUM EARUM,

quae in Museo Menkeano adservantur;

cum

synonymia critica

et

novarum specierum diagnosibus,

auctore

Carolo Theodoro Menke, M. Dre.,
Sereniss. Principis Waldeccens. consiliario et medico aulico, e numero medicorum dispensandarum aquarum salubrium Pyrmontanarum muneri praefectorum, societatum complurium literariarum publicarum medicinae historiaeque naturali inservientium sodali.

Editio altera, auctior et emendatior.

PYRMONTI;
sumtibus Georgi Uslar.
1830.

LECTORI SALUTEM.

Primae editionis huius synopseos methodicae Molluscorum, modo ante biennium publice exhibitae, exemplaribus citius quam speraveram consumtis, altera iam prodit editio, et haec quidem non tantum auctior omnibus numeris, sed emendatior quoque multis in locis. Licuit enim, ex eo tempore, viros doctos et novos auctores consulere, libros desideratos ante, vel omissos inspicere, musea publica et collectiones privatas lustrare; praeterea proprius rerum naturalium thesaurus magnopere accrevit; et ita quidem occasio mihi data fuit copiosa, ad dilectum molluscorum studium curiosius et diligentius pertractandum. Id ut rite facerem nullam occasionem neglexi; quo fit, ut nunc non inanem musei mei indicem, sed numeris suis, quantum fieri potuit, absolutum Systema potissimum Molluscorum hac synopsi exhibeam.

Mollusca, ad normam methodi illustris L. B. G. Cuvier, summi in cognoscendo et disponendo amplo animantium regno auctoris *), animalia

*) Le Règne animal distribué d'après son

appello vertebris et articulis destituta, circulatione vero humorum duplici, corde peracta, organis respirationi inservientibus peculiaribus, medulla nervea simplici (non nodosa), corpore gelatinoso, pallio utplurimum cincto, aut nudo aut testa instructo, praedita. Ea vero, in systemate ab illustri viro inchoato, inter quatuor primarias sectiones, per quas regnum animale, descendendo a perfectioribus ad infima, distribuit, secundam sectionem constituunt.

In systematica Molluscorum dispositione illustrem L. B. de Férussac, hodiernorum huius studii scrutatorum facile principem, ducem habui. Methodo descendente, qui celeberrimo Linné quoque mos fuit, usus est. In disponendis sectionibus, quae duae sunt, classibus, ordinibus, subordinibus, familiis, generibus, maximam longe partem illustrem Férussac sequutus sum. Hic enim vir doctissimus acuto ingenio et indefesso studio methodicae dispositionis principiis incubuit, eaque continuata cura ita auxit et illustravit, ut quam ipse initio evulgaverat *), dispositio, novis

---

organisation. Par M. le Chev. *Cuvier*. IV Tomes. à Paris. 1817. 8. — Tomus secundus complectitur animalia mollusca, quartus figuras et aliqua addenda et emendanda huc spectantia exhibet.

*) Tableaux systématiques des Animaux mollusques classés en familles naturelles,

observationibus, in ditissimo literarum thesauro, quem ipse instituit*), propositis, multis nunc locis emendata et aucta proficiscatur. Hisce vero emendationibus et augmentis omnibus in adornanda nova hac synopseos editione non sine uberrimo fructu usus sum.

Systematica haec et recentiorum omnium praestantiorum auctorum dispositio, a clarissimo Cuvier inchoata, prae Linnéana et reliquis pristinis in eo potissimum praecellit, quod testae et animalis eam inhabitantis aequam rationem habeat. Difficilior ea quidem est intellectu, quam sola testarum consideratio,

---

dans lesquels on a établi la concordance de tous les Systèmes etc. par le Baron *de Férussac*. à Paris et Londres. (1822.) 4 mai. — Partem hoc opus, quod etiam separatim venditur, constituit operis splendidissimi et nitidissimis figuris ornati: Histoire naturelle, générale et particulière, des Mollusques terrestres et fluviatiles; par M. le Baron *de Férussac*. XXI Livraisons (de 6 planches et 12 — 16 pages de texte). à Paris. 1819—1824. fol.

*) Bulletin général et universel des annonces et des nouvelles scientifiques, publié sous la direction de M. le Baron *de Férussac*. à Paris. 1823. in 8vo, XII fasciculi; inde autem ab anno 1824, in hunc usque diem, sub iisdem auspiciis separatim prodiit: Bulletin des sciences naturelles. à Paris, Strasbourg et Londres, cuius quotannis XII eduntur fasciculi, eadem forma 8va. Opus sane utilissimum et quo naturalium rerum studiosus nullus carere potest, in quo etiam molluscorum scientiam spectantia quaelibet, quamplurimorum recentiorum scriptorum, quae ubique edita sunt, recensentur et lustrantur.

poscitque physiologicas observationes et anatomicas explorationes, sed validioribus quoque multo quam ista antiquior nititur fundamentis, et respectu scientiae sine dubio indolis est altioris; nugas enim et ineptias, quae tironum et amatorum vulgus hoc studium amans saepe vexant, nil curans, in solos characteres naturales ex animalium natura, figura, sexu, structura, partium situ, testarum forma, cardine aliisque notis characteristicis depromtos inquirit, divisiones vel coniunctiones docet, et transitus sistit perpetuos in magna animantium scala, in qua diversa mollusca et inter se, variis et innumeris affinitatibus, cohaerent, et aperto tramite cum aliis quoque animantium classibus coire videntur.

Sed aliorum etiam auctorum, praeter illustris de Férussac scripta, ad rectius, in hac nova synopseos editione, disponenda mollusca, abhibui et consului. In primis vero clarissimi de Blainville enchiridion, ut vocat, malacologicum *) multa mihi praestitit notatu digna neque a me neglecta; quamquam enim dispositionis viam ab eodem initam

---

*) Manuel de Malacologie et de Conchyliologie. Par *H. M. Ducr. de Blainville.* Paris et Strasbourg. 1825. 8 mai., cum figurarum egregiarum duobus fasciculis, quorum primus comprehendit XXX, alter XXXV tabulas aeneas, ordine tamen incongruo; desideratur adhuc tertius fasciculus, *XXXIX* tabulas, in opere iamiam citatas, sed nondum editas, comprehensurus.

minime sequutus sum, tamen indicia et admonitiones non paucas, anatomicas praecipue relationes attingentes, et in critica ipsius antecessorum censura et in systematis conspectu suppeditavit contemplatione dignissimas; et de molluscorum doctrina per omnes eius partes, indubie, bene meritus est auctor.

In Cephalopodorum classis dispositione et eorundem generum enumeratione ipsum clarissimi d'Orbigny novissimum tractatum *), quem ante non nisi ex summario ab ill. Férussac exhibito **) cognoveram, ante oculos habui et ducem sequutus sum.

Pteropodorum classi, cui ex peculiari studio clarissimi Rang maiora incrementa imminent, plura addita sunt genera, quae ex auctoritate cll. Rang, Quoy et Gaimard et Eschholtz innotuere.

---

*) Tableau méthodique de la classe des Céphalopodes; par *M. A. Dessalines d'Orbigny*. Avec un tableau et un Atlas de 8 planches lithogr. in 4to. à Paris. 1826. in 8vo. Hoc opus non nisi cum formarum sculptarum, magnitudine auctarum, Cephalopodorum minutiorum (Modèles de Céphalopodes microscopiques) quatuor fasciculis venditur. Exstat quoque in: Annales des sciences naturelles, par M M. Audouin, Ad. Brongniart et Dumas. Tome septième. Paris. 1826. 8.

**) Bulletin des sciences naturelles. Tome *IX*. nr. 211. p. 242-247 et nr. 310. p. 364-366.

In Gasteropodorum et Elatobranchiorum classibus longe plurima quidem celeberrimus de Lamarck, eximius naturalium rerum etanimalium inferiorum graduum, molluscorum imprimis scientiae reformator atque auctor, instituit; ut enim ille species quamplurimas subtiliori examini submisit, recognovit, accuratius distinxit, optime descripsit et adumbravit, ita quoque generum et familiarum quamplurimarum institutiones et definitiones ei debentur *); verum in Gasteropodorum dispositione neque hunc, neque ill. de Férussac nimis arcte insequutus sum. Hypobranchiorum ordini novam familiam, Ancylea, a Ctenobranchiis depromtam, addidi, quum ex incisione Ancyli fluviatilis a celeberrimo G. R. Treviranus instituta patuit, hoc genus, diu hinc atque illinc vexatum, ad branchiarum situm et structuram, cordis situm, ani aperturam et ventriculorum triplicem numerum Pleurobranchi generis affine esse. In Pomatobranchiorum et Coelopnoorum gymnostomorum ordinibus admonitiones clarissimi de Blainville non neglexi. In Heliceorum familia, uti in primaria synopseos editione, genera a celeberrimo Draparnaud intro-

*) Histoire naturelle des Animaux sans Vertèbres. Par M. le Chev. *de Lamarck.* VII Tomes. a Paris. 1815-1822. 8vo. — Tomus quintus, sextus et septimus continent mollusca.

ducta *) et a clar. de Lamarck sancita, conservavi, nec aspectu tam diversas testas, cum Férussacio, Helicearum ceteroquin curiosissimo et sane doctissimo, sed in condendis et agnoscendis generibus soli animalium naturae insistenti testarumque varietati nihil prorsus tribuenti, coniunxi; ut enim inter Naïadea nemo facile Uniones cum Anodontis coniungeret — neque ipse cl. Férussac haec genera coniungit —, nullo animalium inter sese convenientiae respectu habito, ita quoque in Heliceis animalium convenientia disiunctioni dissimilium summopere testarum obstare nequit. Ceterum ipsas genuini generis Helicum species ad methodum cl. Férussac disposui et eiusdem divisiones, etiam speciales, adhibui.

In Bostrychopodorum classe disponenda Grayanam methodum **) amplexus sum.

In Brachiopodorum classe concinnanda genera a b. Dalman proposita ***) introduxi.

---

*) Histoire naturelle des Mollusques terrestres et fluviatiles de la France, par *I. Ph. R. Draparnaud.* Avec *XIII* planches. à Paris. An *XIII* (1805). 4to.

**) Synopsis of the genera of Cirripedes, distributed in natural families, with the description of some new genera. By *I. E. Gray*, Esq. F. G. S.; in: Annals of Philosophy. 1825. august. p. 97 seq.; vid. etiam: Bulletin des sciences naturelles Tome VIII. nr. 217. p. 285—288.

***) Uppstälning och Beskrifning af de i Sverige funne Terebratuliter; af *I. W. Dalman.*

Et ita quidem multis locis emendationes et augmenta in ipsa systematica molluscorum dispositione novae huic synopseos editioni contigerunt.

Praeterea inscriptionum partium, ordinum puto et familiarum, denominationes certis regulis grammaticis construxi, neutro genere, non ut ante feminino, familiarum nomina reddidi, scilicet ad animalia mollusca referenda, et synonyma Systematicorum addidi.

Familias generibus abundantes nonnunquam per series (tribus rectius dixerim, et seriei terminum pro dividendis generibus amplioribus servare nunc praeferrem) digessi.

Genera mulluscorum nota omnia in hac synopsi exhibui, quorum pauca dubia; synonyma generum caute et uberrime indigitavi, imprimis Retziana, Montfortiana et Schumacheriana, ante neglecta; aliqua ampliora, ad indicandam normam distributionis specierum, in partes divisi, et hisce partibus nonnunquam nomina praefixi characteres indicantia.

Species eas tantum in hac synopsi enumeravi, quas in proprio rerum naturalium museo adservo,

---

(cum VI tabb. aen.) in: Kongl. Vetenskaps-Academiens Handlingar for Ar 1827. Stockholm. 1828. 8. p. 85—155; exstat etiam seorsum impressa, sub eodem titulo, Stockholm, Tryckt hos P. A. Norstedt et Söner. 1828. 8. 71 pagg. et VI tabb. aen.; germanica versione in clarissimi *Oken* Isidae. 1830. Hft. 1. p. 51—91.

et ex his quoque eas tantum, quarum typus inter viventia adhuc prostat; fossilium enim sive petrificatorum separata mihi est, neque eadem exilis, collectio. Species enumeratas omnes revisioni et novo examini submisi, atque in iis rite distinguendis et nominibus recte consignandis studiose incubui. Ad id peragendum non exigua ad manus mihi est librorum, in propria bibliotheca, supellex, inde a primae editionis tempore multis novis aucta, in qua nec iconographica opera complura hoc studium illustrantia desunt. Synonyma specierum caute selegi; Linnéana prae ceteris investigavi; aliqua hic primo iustis locis subiungere mihi licuit. In synonymis proponendis semper ascendendi a recentioribus ad antiquiora nomina methodum sequutus sum.

Novarum specierum, quarum mihi nec nomina, nec descriptiones, neque figurae innotuere, diagnoses, mensuras et patriam in appendice synopsi annexa indicavi, et curabo, modo occasio offeratur, eas depingi et in publicum deferri.

Denique indicem quoque alphabeticum locupletissimum, classes, ordines, subordines, familias et genera omnia in synopsi exposita, exhibentem, novae huic editione adieci, speroque ipsum non sine commodo et utilitate fore.

Restat ut nomina virorum de scientia

meritorum explicem, quae, ad auctoritates sustinendas, brevitatis causa concisis literis, in synopsi occurrunt; explicantur vero hoc modo: Abildg., P. Chr. Abildgaard; Adams, I. Adams; Adans., M. Adanson; Alt., I. W. ab Alten; Barnes, W. Barnes; Blainv., H. D. de Blainville; Blumenb., I. Fr. Blumenbach; Born, I. de Born; Bory St. Vinc., Bory de Saint Vincent; Breyn, I. Ph. Breyn; Brongn., Al. Brongniart; Bronn, H. G. Bronn; Br., I. G. Bruguière; Buchan., Buchanan; Burr., E. I. Burrow; Chabr., Chabrier; Chemn., I. H. Chemnitz; Chrptr., I. de Charpentier; Cuv., G. Cuvier; Dalm., I. W. Dalman; Daud., F. M. Daudin; Defr., Defrance; Desh, G. P. Deshayes; Desm., A. Desmarest; Des Moul., A. Des Moulins; Dr., I. Ph. R. Draparnaud; Dumér., C. Duméril; Eschh., Fr. Eschholtz; Faur. Big., Faure Biguet; Fér., D. de Férussac; Fisch., G. Fischer de Waldheim; Fl. de Bellev., Fleuriau de Bellevue; Forsk., P. Forskål; Forst., I. R. Forster; Fréminv., de Fréminville; Gaertn., G. Gaertner; Gaim., Gaimard; Gm., I. Fr. Gmelin; Goldf., A. Goldfuss; Gray, I. E. Gray; Haan, G. de Haan; Hartm., W. Hartmann ab Hartmannsruthi; Hass., F. C. van Hasselt; Helbl., G. S. Helbling; Hübn., I. Hübner; Klein, I. Th. Klein;

Koenig, Ch.? Koenig; L., Car. a Linné; Lam., I. B. M. de Lamarck; Laméth., de Lamétherie; Latr., P. A. Latreille; Leach, W. E. Leach; Les., C. A. Lesueur; Leuck., Fr. S. Leuckart; Lichtenst., H. Lichtenstein; Mac Leay, W. S. Mac-Leay; Martin., F. G. H. Martini; Mat., W. G. Maton; Mckl., I. Fr. Meckel; Mhlfld., Megerle de Mühlfeld; Montag., G. Montagu; Montf., Denys de Montfort; Mrkl., G. Marklin; Müll., O. Fr. Müller; Nilss., S. Nilsson; Ok., L. Oken; Oliv., G. A. Olivier; Olivi, Ios. Olivi; Orbign., Alc. Dessal. d'Orbigny; Pall., P. S. Pallas; Park., I. Parkinson; Payr., B. C. Payraudeau; Penn., Th. Pennant; Pér., Fr. Péron; Pf., Car. Pfeiffer; Phipps, C. I. Phipps; Poir., L. I. M. Poiret; Quoy, . . Quoy; Raf., C. F. Rafinesque; Ranz., C. Ranzani; Retz., A. I. Retzius; Risso, D. Risso; Roiss., F. de Roissy; Savign., I. C. Savigny; Say, Th. Say; Schloth, E. F. de Schlotheim; Schroet., I. S. Schroeter; Schum., Chr. Fr. Schumacher; Scop., I. A. Scopoli; Serr., Marcel de Serres; Shaw, G. Shaw; Soland., Dan. Solander; Sold, A. Soldani; Sow., G. B. vel I. Sowerby; Spengl., L. Spengler; Spix, I. de Spix; Stud., S. Studer; Swains., W. Swainson; Tiles., W. G. de Tilesius; Turt., W. Turton; Wagn., I. A. Wagner; Ziegl., . . Ziegler.

Praeterea Lud. Parreyſs, rerum naturalium negotiator, Vindobonensis, sua auctoritate consignavit (michi apposuit) species complures ab ipso lectas mihique missas, quas nescio utrum ipsius an docti cuiusdam Vindobonensis auctoritati debeantur.

Proprium testarum musei mei thesaurum inde a prima synopseos editione magnopere accrevisse quaelibet synopseos pagina testatur. Amicorum hoc et fautorum benignitati, et rerum naturalium negotiatorum industriae tribuendum; ut enim multas acceptas refero praeclarae Serenissimi Principis Maximiliani a Wied benevolentiae, qui omnes, quas ipse ex itinere in Brasiliam facto reportavit molluscorum testas, liberaliter largitus est, et insigni nobilis virginis Russel, in New Bedford, provinciae Massachusetts, liberalitati, quae, auxiliante benignitate suavissimi Alb. Motz, Burdigalensis, pulcherrimarum testarum ex oceano pacifico collectionibus, repetitis vicibus, donavit, nec non coniunctissimi, dum viveret, b. Dit. Henr. Freso, qui Portoricenses, ab ipso lectas, misit, et excellentissimae feminae ab Anthing, quae in insula Iava, ab ipsa lectas mecum communicavit, itemque dominae Am. Buch, quae maris germanici, insulae Norderney oras circumfluentis, contenta collegit, laudanda quoque est doctorum et amicissimorum virorum erga me benevolentia I. W. ab Alten, G. Benz,

W. Blumenhagen, H. G. Bronn, A. G. Costa, A. Du Mênil, W. Dunker, C. G. Ehrenberg, Ed. Gerhard, F. C. Geyer, A. Goldfuss, Ph. Hemmerich, C. H. G. de Heyden, Fr. W. Hoeninghaus, Fr. Krüger, I. Ch. G. Lehmann, C. W. von der Leyen, C. von der Malsburg, G. de Martens, Nic. Meyer, I. G. Neuburg, Th. W. I. Nicolai, S. Nilsson, Chr. L. Nitzsch, C. Pfeiffer, I. S. Ritzmann, Ed. Sandrock, G. A. Schubert, Fr. Schwaegrichen, A. Th. Severin, C. P. Thunberg, E. A. de Werlhof, quibus omnibus complura debeo additamenta. — Praeterea multa egregia suppeditavit societas wurtembergica, peregrinationum in historiae naturalis commodum suscipiendarum gratia instituta; haec enim, praeside clarissimo Prof. Hochstetter, ex itineribus a praestantissimis viris Fr. A. Müller, in Sardiniam, Fleischer, in terras orientales, Ph. Endress, viro praecellentissimo, in Galliam pyrenaeam, factis, bene multa gratissima, felici cum successu lecta, comparavit mecumque communicavit. — Nonnulla rariora ex publica conchyliorum auctione a domino L. B. von der Malsburg proscripta, et nuper Hamburgi facta, adeptus sum; et alia complura rerum naturalium negotiatores dd. Bachmann, Bescke, Frank, Hofmann, Marguier, Muralt, Parreyfs, Roeding, Stentz vendidere.

De Fauna Molluscorum Germaniae, diu a me promissa, paucis verbis hic monere congruum duco. Ea iam dudum a me incepta, omnis generis rebus eam spectantibus per latos Germaniae et provinciarum Germaniam adiacentium fines, ex longo tempore, largiter collectis, apparatu iam gaudet amplissimo, ut ad absolvendam diligenter praeparatam satis accinctus videri possim; ego vero nimis festinando iniuriam operi non faciam, sed in colligendo, concinnando, elaborando, amplificando et perficiendo sollicite continuabo, quo magis, quum prodeat, iustae doctorum virorum eam petentium exspectationi meisque votis satisfaciat; gratissimum igitur habebo quaecunque officia mihi ad faunam promovendam benevole oblata fuerint.

Pyrmonti. Scripsi in museo; XII Idus Apriles, MDCCCXXX.

MOLLUSCA, *Cuv.*

Sectio I.

CEPHALOPHORA. (Cephalés, Lam.)

Classis I. *Cephalopoda.*

(Antliobrachiophora, Gray.; Céphalopodes, Cuv.)

Ordo 1. Cryptodibranchia. (Cryptodibranchiata, Blainv.)

Fam. 1. *Octocera,* Blainv. (*Octopoda,* Leach.)

Series 1. Cymbicochlides, Latr.

Argonauta, L.; Br.; Lam. [1])
argo, L., Lam. (Arg. sulcata, Lam.)
tuberculata, Lam. (Arg. tuberculosa, Lam.)
hians, Soland. (Arg. nitida, Lam.)
Bellerophon, Montf.; Defr. (Bellerophus, Blainv.)

Series 2. Acochlides, Latr. (Anosteophora, Gray.)

Octopus, Lam.; Fér. (Polypus, Leach.)
Heledone. (Eledone, Leach.; Ozaena, Raf.)
Loligopsis, Lam. (Leachia, Les.)

---

1) Ocythoë, Raf.; Blainv. — Hoc genus solo animali Argonautae, ab auctoribus testae alieno falso habito, nititur.

Fam. 2. *Decacera,* Blainv. (*Decapoda,* Fér.; *Sepiaephora,* Gray.)

Cranchia, Leach.

Sepiola, Leach.

Onychoteuthis, Lichtenst. (Onychia, Les.)

Loligo, Les. (Pteroteuthis, Blainv.)

Sepioteuthis, Blainv.

Sepia, L.; Lam. [2])

officinalis, L.

Ordo 2. Siphoniphora. (Siphonifères, Orbign.; Nautilophora, Gray.)

Fam. 1. *Spirulacea.* (*Spirulés,* Orbign.)

Spirula, Lam. (Spirulaea, Pér.)

Peroni, Lam. (Nautilus spirula, L.)

Fam. 2. *Nautilea.* (*Nautilacés,* Orbign.)

Nautilus, L.; Lam.

A. *Nautili veri.*

* *Spira obtecta.* (Nautilus, *Montf.*; Angulites, *Montf.*; Oceanus, *Montf.*; Canthropus, *Montf.*; Bisiphytes, *Montf.*]

pompilius, L.; Lam.

** *Spira conspicua.* (Omphalia, *Haan;* Ammonites, *Montf.*; Discites, *Haan.*) 3)

B. *Nautili spurii* (Aganides, *Montf.*)

---

2) Beloptera, Desh.; Blainv. — Solas appendices s. processus postero-medianos ossiculi dorsalis Sepiarum quarundam fossilium spectat, ab auctoribus proprium molluscorum genus, Belemnitis affine, perperam existimatas.

3) Rhyncolites (rectius Rhyncheolithus), Faure Big.; Orbign., secundum cl. Orbign. recentissismas observationes, ad ro-

Lituitus, Orbign. (Lituites, Montf.; Hortolus, Montf.)
Orthoceratites, Breyn.; Orbign. (Orthocera, Sow.; Echidnis, Montf.; Molossus, Montf.)

Fam. 3. *Ammonitea.* (*Ammonées*, Lam.; *Ammonitea*, Haan; *Goniatitea*, Haan.)

Baculites, Lam. (Baculites, Montf.; Haan; Tyrannites, Montf.; Rhabdites, Haan.)
Hamites, Sow. (Ammonoceras s. Ammonoceratites, Lam; Toxerites, Raf.?)
Scaphites, Sow.
Ammonites, Br.

A. *Anfractibus involutis; spira obtecta.* (Globites, *Haan*; Nautellipsites, *Park.*; Orbulites, *Lam.*; *Park.* — Goniatites, *Haan*; Pelagus, *Montf.*)

B. *Anfractibus repente incrassatis; spira conspicua.* (Ammonites, *Lam.*; *Haan*; Amaltheus, *Montf.*; Simplegades, *Montf.*)

C. *Anfractibus sensim incrassatis; spira conspicua.* (Planites, *Haan*; Ceratites, *Haan*; Ammonites, *Lam.*; Planorbites, *Lam.*; Planulites, *Montf.*; *Lam.*; *Park.*; Ellipsolithes, *Montf.*; *Sow.*; Ammonellipsites, *Park.*)

Turrilites, Lam. (Turrites, Haan.)

Fam. 4. *Peristolata.* (*Péristellées*, Orbign.; *Goniatitea*, Haan.)

Ichthyosarcolites, Desmar. (Rhabdites, Haan.)
Belemnites, Cuv. (Belemnites et Conilites, Lam; Blainv. [4]) — Platinites, Raf.?)

---

stellorum Cephalopodorum quorundam et potissimum quidem Nautilorum mandibulas respicere videtur.

4) Conularia, Defr.; Sow.; Dalm., dubiae indolis genus,

A. *Canali laterali instructi.*

B. *Canali laterali destituti.*

*) *Siphone marginali; testa compressa.* (Hibolithes, Porodragus, Pyrgopolon, Thalamus, *Montf.*; — Callirhoë, *Montf.*; Paclites? *Montf.*)

**) *Siphone centrali; testa tereti.* (Cetocis, Acamas? *Montf.*— Amimonus? Chrysaor, Acheloïs, *Montf.*]

Ordo 3. Trematophora. (Foraminifères, Orbign.; Asiphonoidea, Haan.)

Fam. 1. *Stichostegea.* (*Stichostègues*, Orbign.) 5)

Nodosaria, Lam.; Orbign. (Orthoceras, D, E, Blainv.; Orthocera, Lam.; Reophax, Montf.; Nautilus, L.)

Frondicularia, Defr. (Renulina, B, Blainv.)

Lingulina, Orbign.

Rimulina, Orbign.

Vaginulina, Orbign. (Orthocera, Lam.)

Marginulina, Orbign. (Orthoceras, C, Blainv.; Orthocera, Lam.)

Planularia, Defr. (Peneroplis, A, Blainv.; Polystomella, E, Blainv.; Crepidulina, A, Blainv.; Cristellaria, Lam.; Chrysole, Montf.; Astacolus, Montf.?)

Pavonina, Orbign.

---

a clar. Blainville inter Belemnitae et Conilitae genera collocatum; an recte hunc locum teneat, non constat.

5) Glandiolus, Montf. et Misilus, Montf., genera dubia, testas iuveniles spectantia, ad hanc familiam pertinere videntur.

Fam. 2. *Enallostegea.* (*Enallostègues*, Orbign.) 6)

Bigenerina, Orbign.

Textularia, Defr. (Polymorphium, Sold.)

Vulvulina, Orbign. (Textularia, Defr.; Orthoceratium, Sold.)

Dimorphina, Orbign. (Orthoceratium, Sold.)

Polymorphina, Orbign. (Miliolites cor anguinum, Lam.)

gibba, Orbign.

Virgulina, Orbign.

Sphaeroïdina, Orbign.

Fam. 3. *Helicostegea.* (*Hélicostègues*, Orbign.)

Series 1. Turbinoidea. (Turbinoïdes, Orbign.) 7)

Clavulina, Orbign.

Uvigerina, Orbign. (Polymorphium, Sold.)

Bulimina, Orbign. (Polymorphium, Sold.)

Valvulina, Orbign.

Rosalina, Orbign. (Rotalites, C, Blainv.; Cidarollus, Montf.)

Rotalia, Lam.; Orbign.

A. *Verae* (Rotalia *s.* Rotalites, *Lam.*)

B. *Discorbinae* (Discorbis *s.* Discorbites, *Lam.*; Discorbites, *Blainv.*)

C. *Trochulinae.*

D. *Turbinulinae.* (Hammonia, *Sold.*; Streblus, *Fisch.*)

Beccarii, Orbign. (Nautilus Beccarii, L.)

---

6) Cantharus, Montf. et Arethusa, Montf., dubiae indolis genera, ad Enallostegeorum familiam referenda.

7) Storilus, Montf. (Rotalites Storillus, Blainv.), Helicostigeorum seriei Turbinoideorum adnumerandus.

Calcarina, Orbign. (Siderolites, Lam.; Tinoporus, Montf.; Cortalus, Montf.?)
Globigerina, Orbign. (Polymorphium, Sold.)
Gyroïdina, Orbign.
Truncatulina, Orbign. (Polyxenes, Montf.; Cibicides, Montf.; Hammonia, Sold.)

Series 2. Ammonoidea. (Ammonoïdes, Orbign.)

Planulina, Orbign. (Hammonia, Sold.)
Planorbulina, Orbign.
Operculina, Orbign. (Lenticulites, Basterot.)
Soldania, Orbign.

Series 3. Nautiloidea. (Nautiloïdes, Orbign.) 8)

Cassidulina, Orbign.
Anomalina, Orbign.
Vertebralina, Orbign.
Polystomella, Lam.; Orbign. (Polystomella, A, B, C, Blainv.; Vorticialis, Lam.; Blainv.; Andromedes, Cellanthus, Sporilus, Themeon, Pelorus, Geophonus, Elphidium, Montf.)
crispa, Lam. (Vorticialis crispa, Blainv.; Themeon rigatus, Montf.; Nautilus crispus, L.)
Dendritina, Orbign.
Peneroplis, Montf.; Orbign. (Peneroplis, B, Blainv.; Renulina, A, Blainv.; Cristellaria, Lam.; Renulina s. Renulites, Lam.)

---

8) Canopus, Montf. et Periples Montf. (Crepidulina elongata, Blainv.), dubiae indaginis genera, huic tamen seriei accensenda.

Peneroplis planatus, Montf. (P. dilatata, Blainv., Cristellaria squamula, planata et dilatata, Lam., Spirolina striata, Willem., Nautilus semilituus, L., Naut. umbilicatus, L.)

Spirolina, Lam.; Orbign. (Spirolinites, Lam.; Lituola s. Lituolites, Lam.; Spirula, C, Blainv.)

Robulina, Orbign. (Polystomella, D, Blainv.; Lenticulina, B, E, M, Blainv.; Phonemus, Pharamum, Herion, Clisiphontes, Patrocles, Lampas, Antenor, Robulus, Rhinocurus, Sphincterules, Montf.)

calcar, Orbign. (Lenticulina margaritacea, diaphanea, calcar et araneosa, Blainv., Nautilus calcar, L.)

Cristellaria, Lam. (Cristellaria et Saracenaria, Defr.; Linthuris, Oreas, Scortimus, Montf.; Nautilus, Lituus, Sold.)

Nonionina, Orbign. (Lenticulina, C, D, Blainv.; Polystomella, E, F, Blainv.; Placentula, B, Blainv.; Lam.; Crepidulina, B, Blainv.; Cristellaria, Pulvinulus, Lam.; Macrodites, Montf.? Nonion, Melonis, Cancris, Florilus, Chrysolus, Montf.)

Nummulina, Orbign. (Nummulites, Lam.; Blainv.; Lenticulina s. Lenticulites, Lam.; Lenticulina, A, Blainv.; Helicites, Blainv.; Camerina, Br.; Numulites, Lycophris, Rotalites, Egeon, Montf.)

Siderolina, Orbign. (Siderolites, Lam.; Montf.)

Fam. 4. *Agathistegea.* (*Agathistègues*, Orbign.; *Frumentaria*, Sold.)

Biloculina, Orbign. (Miliola s. Miliolites, Lam.; Pyrgo, Defr.)

Spiroloculina, Orbign.

Triloculina, Orbign. (Miliola, A, Blainv.)

Articulina, Orbign.

Quinqueloculina, Orbign. (Miliola, B, Blainv.; Vermiculum, Montag.; Pollonte, Montf.?)

seminulum, Orbign. (Serpula seminulum, L.)

Adelosina, Orbign.

Fam. 5. *Entomostegea.* (*Entomostègues*, Orbign.) 9)

Amphistegina, Orbign.

Heterostegina, Orbign.

Orbiculina, Lam. (Helenis, Archaias, Ilotes, Montf.)

Alveolina, Orbign. (Alveolites, Bosc.; Melonia s. Melonites, Lam.; Oryzaria, Defr.; Fasciolites, Parkins.; Borelis, Clausulus, Miliolites, Montf.)

Fabularia, Defr.

Classis II. *Pteropoda.*

(Ptéropodes, Cuv.; Fér.; Aporobranchiata, Blainv.; Stomatopterophora, Gray.)

Fam. 1. *Hyalaeacea.* (*Thecosomata*, Blainv.)

Cymbulia, Pér. et Les.

Limacina, Cuv. (Spiratella, Blainv.)

---

9) Gyrogona s. Gyrogonites, Lam. In hoc genere condendo cl. auctor, specie deceptus, fossiles Charae nuculas Cephalopoda perperam habuit.

Steira, Eschh.

Hyalaea, Lam. (Cavolina, Abildg.; Archonta, Montf.?)

Forskalii, Les. (H. tridentata, Lam.; Anomia tridentata, Forsk.; Monoculus Telemus, L.)

Pleuropus, Eschh.

Vaginella, Daud.

Cliodora, Pér. et Les. (Cleodora, Lam.; Rang.)

Creseïs, Rang.

Tripteris, Quoy et Gaim.

Cuvieria, Rang.

Eurybia, Rang.

Psyche, Rang.

Fam. 2. *Clioidea.* (*Gymnosomata*, Blainv.)

Clio, L.; Br. (Clione, Pall.)

Cliodita, Quoy et Gaim.

Pneumodermon, Cuv. (Pneumoderma, Blainv.)

Trichocyclus, Eschh.

Fam. 3. *Phyllirrhoëa.* (*Psilosomata*, Blainv.)

Phyllirrhoë, Pér.

Classis III. *Gasteropoda.*

(Gastéropodes, Cuv.; Gasteropodophora, Gray.)

Ordo I. Caryobranchia. (Nucleobranchiata, Blainv.; Gasteropterophora, Gray.)

Carinaria, Lam.

vitrea, Lam. (Argonauta vitreus, Gm.; Patella cristata. L.)

Pteriola, Pér. (Pterotrachea, Forsk.)

Firoloïda, Les.
Pterosoma, Lesson.
Atlanta, Les.
Lippistes, Montf.

Ordo 2. Gymnobranchia. (Nudibranches, Cuv.)

Subordo 1. Cyclobranchiata, Blainv. (Pygobranchia, Gray.; Anthobranchia, Goldf.)

Fam. 1. *Doridea.*

Doris, Cuv.
Polycera, Cuv. (Themisto, Ok.)
Idalia, Leuck. (Okenia, Leuck.)
Onchidoris, Blainv. (Onchidiorus, Fér.)
Peronia, Blainv. (Onchis, Fér.; Onchidia marina, Cuv.)
Placobranchus, Hass.

Subordo 2. Polybranchiata, Blainv.

Fam. 2. *Tritoniacea.* (*Dicerata*, Blainv.)

Tritonia, Cuv.
Doto, Ok.
Tethys, L.
Scyllaea, L.
Dermatobranchus, Hass.

Fam. 3. *Glaucea.* (*Tetracerata*, Blainv.)

Glaucus, Forster.
Laniogerus, Blainv.
Tergipes, Cuv. (Aeolis, Ok.)
Cavolina, Br.
Eolidia, Cuv. (Eolis, Lam.)

Ordo 3. Hypobranchia. (Inférobranches, Cuv.)

Subordo 1. Phyllidina.

Fam. 1. *Phyllidiacea.* (*Dipleurobranchia*, Gray.)

Phyllidia, Cuv.
Diphyllidia, Cuv. (Pleurophyllidia, Mckl.)
Linguella, Blainv.
Armina, Raf.

Fam. 2. *Pleurobranchea.* (*Subaplysiacea*, Blainv.)

Pleurobranchaea, Mckl. (Pleurobranchidium, Blainv.; Cyanogaster, Rud.)
Berthella, Blainv.
Pleurobranchus, Cuv.

Fam. 3. *Ancylea.*

Ancylus, Geoffr.
lacustris, Müll. (Patella lacustris, L.)
fluviatilis, Müll. (Patella fluviatilis, Gm.)

Ordo 4. Pomatobranchia. (Tectibranches, Cuv.; Monopleurobranchiata, Blainv.)

Fam. 1. *Umbrellacea.*

Umbrella, Lam. (Gastroplax, Blainv.; Acardo, Lam.)
Siphonaria, Sow.; Blainv. (Liria et Gadinia, Gray.)
Tylodina, Raf.

Fam. 2. *Aplysiacea.* (*Dicères*, Fér.)

Aplysia, Gm.; Cuv. (Laplysia, L.; Lam.)
depilans, Gm. (Laplysia depilans, L.)
Actaeon, Ok. (Elysia, Riss.)

Dolabella, Lam.

Rumphii, Cuv. (D. callosa, Lam. Syst.)

Bursatella, Blainv.

Notarchus, Cuv.

Fam. 3. *Acera.* (*Acères*, Cuv.)

Lobaria, Müll. (Akera, Cuv.; Doridium, Mckl.; Bullidium, Mckl.)

Gasteropteron, Mckl. (Gasteroptera, Blainv.; Parthenopia, Ok.; Sarcoptera, Raf.?)

Atlas, Les.

Sormetus, Fér.

Bullaea, Lam.

aperta, Lam. (Bulla aperta, L.)

Bulla, L.; Lam.; Fér.

A. *Spira involuta.* (Atys, *Montf.*; Naucum, *Schum.*)

naucum, L. (Atys cymbulus, Montf.)

obovata, m.

solida, Br. (B. cylindrica, Chemn.)

hydatis, L.

utriculus, Brocch.

cornea, Lam.

B. *Spira retuso-umbilicata.* (Bulla, *Schum.*; Bullus, *Montf.*; Rhizorus, *Montf.*)

ampulla, L.; Br. (Bullus ampulla, Montf.)

striata, Br. (B. ampulla, β, Gm.)

C. *Spira manifesta, depressa v. convexa.* (Hydatina, *Schum.*)

physis, L.

velum, Gm. (B. fasciata, Br.)

ieverensis, Schroet. (B. truncata, Adams.)

Bulla convoluta, Brocch. (B. denticulata, Adams.)

D. *Spira retusa, obliterata.* (Scaphander, *Montf.*; Assula, *Schum.*)

lignaria, L. (Scaphander lignarius, Montf.) 10)

Bullina. Fér. (Bullaea, Quoy et Gaim.)

elegans, m. (Lister Conch. t. 715. fig. 74.)

Ordo 5. Coelopnoa gymnostoma. (Pulmonés sans opercule, Fér.; Adelopneumona, Gray.)

Subordo 1. Geophila. (Géophiles, Fér.)

Fam. 1. *Limacea.* (*Limaces*, Fér.)

Onchidium, Buchan.

Veronicellus, Blainv. (Vaginulus, Fér.)

Philomycus, Raf.

Eumelus, Raf.

Arion, Fér. (Limacia, Hartm.)

empiricorum, Fér. (Limax ater, L.)

melanocephalus, Fér. (Limax flavus, Nilss.)

Limax, L.; Fér.

cinereus, Müll. (L. antiquorum, Fér.)

agrestis, Müll.

Limacella, Blainv. (Limacellus, Fér.)

Parmacella, Cuv. (Parmacellus, Fér.)

Plectrophorus, Fér.

Testacellus, Fér. (Testacella, Cuv.)

---

10) Char, Br. (Tricla, Retz.; Gioënia, Gioën.) Hoc genus, secundum cl. Draparnaud, Bullae lignariae ventriculo, proprium molluscum trivalve perperam habito, nititur.

Fam. 2. *Helicea.* (*Limaçons s. Cochleae*, Fér.)

† TETRACERA.

Helicarion, Fér.

Vitrina, Dr. (Helicolimax, Fér.; Limacina, Hartm.; Hyalina, Stud.; Vitrinus, Montf.; Cobresia, Hübn.)

elongata, Dr. (Testacella Germaniae, Ok.)

diaphana, Dr. (Helicolimax vitrea, Fér.)

pellucida, Dr. (Helicolimax Audebardi, Fér.)

beryllina, Pf. (Helicolimax pellucida, Fér.)

Daudebardia, Hartm. (Helicophanta, Pf.; Helicum subgenus Helicophanta, Fér.)

brevipes, Hartm. (Helix brevipes, Dr.)

rufa, Hartm. (Helix rufa, Dr.)

Succinea, Dr. (Cochlohydra, Fér.; Amphibulima, Lam.; Lucena, Ok.; Amphibina, Hartm.)

calycina, m. (Cochlohydra calycina, Zgl.)

amphibia, Dr. (Helix putris, L.)

oblonga, Dr.

Helix, L.; Dr.; Lam.

A. *Helicogena*, Fér.

* *Columella solida, flexa. Columellatae*, Fér.

naticoides, Dr. (H. aperta, Born.)

retirugis, m. (H. rugosa, Mhlfld.)

iamaicensis, Chemn. (H. pulla, Gm.)

gigantea, Scop. (H. cornu militare, L.; H. malum terrae, Chemn.)

melanostoma, Dr.

Helix cincta, Müll.

a. *normalis.*

α. *maior.* (H. dalmatica, *Mhlfld.*)

β. *minor*; a. *zonata.* (H. ligata, *Zgl.*) b. *fasciata.* (H. vulgaris, *Zgl.*)

b. *H. pomatiae affinis*; *perforata.*

c. *H. lucorum affinis.*

iuvenilis. (H. obtusalis *Zgl.*)

d. *radiata.* (H. radiosa, *Zgl.*)

e. *microstoma*; *H. melanostomae affinis.*

* * *Testa perforata. Perforatae*, Fér. (Helix, *Montf.*; *Schum.*)

ligata, Müll.

a. *maior, fasciis* 5 *latioribus.* (H. interposita, *Mhlfld.*; sub H. ligata, γ, media, *Fér.*)

b. *minor, fasciis* 5 *angustioribus.* (H. varians, *Zgl.*, sub H. ligata, γ, *Fér.*)

c. *minor, fasciis* 4 *angustioribus.* (H. decussata, *Parr.*)

lucorum, Müll. (H. mutata, Lam.)

pomatia, L.

a. *vulgaris.*

β. *clausa*; *apertura epiphragmate calcareo clausa.*

monstruosa: *sinistrorsa.* (H. pomaria, *Müll.*)

b. *grandis.*

lutescens; Zgl. (H. cinerascens, Parr.)

globulus, Müll.

lucana, Müll. (H. lucena, Gm.)

vittata, Müll.

a. *patula*; *apertura subrotunda, labri extremitatibus remotis.*

b. *microstoma*; *apertura ovata, labri extremitatibus approximatis.*

Helix gyrostoma, Fér.

arbustorum, L.

irregularis, Fér.

candidissima, Dr.

a. *apertura semilunata.*

b. *microstoma; apertura coarctata.* (H. depressa, *Mhlfld.*)

c. *umbilicata.*

* * * *Testa umbilicata; umbilico obtecto. Acavae*, Fér. (Otala, *Schum.*; Acavus, *Montf.*)

adspersa, Müll. (H. variegata, Herm., H. grisea, L.)

a. *zonata.*

b. *obscurata.*

c. *exalbida.*

haemastoma, L. (H. haematragus, Born.)

melanotragos, Born.

b. *fasciis destituta.* (H. melanotragos, α, *Fér.*, H. senegalensis, *Lam. Enc.*)

austriaca, Mhlfld. (H. sylvatica, γ, vindobonensis, Fér.)

nemoralis, L.

a. *unicolor.*

b. *fasciata.*

c. *maior; labro fusco.* (H. lucifuga, *Zgl.*)

d. *maior; labro carneo.*

hortensis, Müll.

a. *unicolor; labro albo.*

monstruosa: sinistrorsa, citrina.

b. *fasciata; labro albo.*

c. *nebulosa; labro intus carneo.* (H. hybrida, *Poir.*)

d. *rufa; labro intus carneo; columella nigra.*

vermiculata, Müll.

a. *zonata.*

b. *expallescens.*

Helix punctata, Müll.
alonensis, Fér.
splendida, Dr.
serpentina, Fér.
hospitans, Bonelli.
marmorata, Fér. (H. solitaria, Brunner.)
ficuum, Mhlfld.
niciensis, Fér.
circumornata, Fér.
muralis, Müll.
rugosa, Zgl. (H. muralis, α, Fér.)
plicaria, Lam. (H. plicata, Lam.)
platychela, m.
lactea, Müll. (H. faux nigra, Chemn.)
auricoma, Fér. (H. microstoma, Lam.)
lima, Fér.

B. *Helicodonta*, Fér. (Saraphia, *Riss.*; Dentellaria, *Schum.*; Pleurodonte, *Fisch.*; Cepolum, Caprinus, Polydontes, *Montf.*; Polygyra, *Say.*)
hippocastanum, Lam. (H. nux denticulata, Chemn.)
thyroidus, Say.
subcarinata, m.
fraterna, Say.
personata, Lam.
tridentata, Say.
auriculata, Fér. (Polygyra auriculata, Say.)
holosericea, Gm.
obvoluta, Müll.
diodonta, Zgl.
sinuata, Müll.
sinuosa, Gm. (H. sinuata, Born.)

Helix lychnuchus, Müll. (Carocolla lynuchus, Lam.)
bidens, Zgl. (H. diodon, Parr.)
bidentata, Gm. (Trochus bidens, Chemn.)
a. *testa orbiculato-conoidea.*
b. *testa orbiculato-convexiuscula.*
monodon, Fér. (H. unidentata, Dr.)
a. *testa orbiculato-conoidea.*
morbosa: albina.
b. *testa orbiculato-convexa.*
edentula, Dr.
unidens, Zgl.
badia, Fér.
C. *Helicella*, Fér.
* *Labro reflexo. Lomastomae*, Fér.
glacialis, Thom.
corrugata, Zgl.
strigata, Müll.
intermedia, Fér.
a. *fasciis interruptis cincta.* (H. catenulata, *Mhlfld.*)
b. *unicolor, albida.*
lacticina, Zgl. (H. coerulans, Mhlfld.)
cornea, Dr.
a. *cornea.*
b. *spadicea.* (H. squamatina, coll.)
faustina, Zgl.
cingulata, Stud. (H. ericetorum, α, Müll.)
zonata, Stud. (H. planospira, Lam.)
foetens, Stud. (H. zonata, α, Fér.)
euzona, m. (H. marginata, Mhlfld.)
stenomphala, m. (H. Raspailii, Payr.?)
trizona, Mhlfld.
setigera, Zgl.
setosa, Zgl.

Helix Lefeburiana, Fér. (H. deplana, Mhlfld.)
hirta, m. (H. deplana, Zgl.)
Quimperiana, Fér.
contorta, Zgl. (H. corcyrensis, Parr.)
pulchella, Dr.
a. *costata.* (H. costata, *Müll.*)
b. *laevigata.* (H. pulchella, *Müll.*)
cyclostoma, m.
zonaria, L., Müll.
a. *fasciata et fulminata.*
b. *fasciata et maculata.*
pellis serpentis, Chemn.
a. *maior; epidermide vestita.* (H. punctata, *Wagn.*)
b. *minor.* (H. pellis serpentis, *Wagn.*)
senegalensis, Chemn. (H. cornu venatorium, β, Gm.)
gravosaensis, Mhlfld.
a. *fusca, fasciata.* (H. montenegrina, *Zgl.*)
b. *luteo-virens, unicolor.* (H. Brenoensis, *Mhlfld.*)
unguicula, Fér. (H. ungulina, Chemn.)
ungulina, L. (H. badia, Born.)
** *Labro simplici. Aplostomae*, Fér. (Zonites, *Montf.*)
rotundata, Müll.
morbosa: albina.
solaria, m. (H. perspectiva, Mhlfld.)
ruderata, Stud. (H. umbilicus, Mrkl.)
alternata, Say. (H. scabra, Lam., H. radiata, Müll.)
pygmaea, Dr.
rupestris, Dr.
a. *convexa.* (H. rupestris, β, *Dr.*)
b. *trochoides.* (H. rupestris, α, *Fér.*)
verticillus, Fér.

Helix algira, L. (H. aegophthalmos, Gm., H. oculus capri, Müll.)
gemonensis, Fér. (H. croatica, Zgl.)
pudiosa, Zgl.
cellaria, Müll. (H. nitida, Dr.)
nitidula, Fér. (H. nitidula, α, Dr.)
nitidosa, Fér. (H. nitidula, β, Dr.)
nitida, Müll. (H. succinea, Hartm., H. lucida, Dr. Hist.)
viridula, m. (H. vitrea, Fér.?)
diaphana, Mhlfld.
crystallina, Müll.
nemorensis, Müll. (H. cretacea, Born., H. Neuvardii, Haan.)
citrina, L., Müll.

a. *sulfurea.* (H. citrina, α, *Müll.*)
b. *cincta.* (H. citrina, ε, *Müll.*)
c. *candicans.* (*H.* citrina, ζ, *Müll.*)
d. *discolor; superne carnea, inferne lutescens, fascia mediana lactea fuscae inferne adnata.*
e. *obscura.* (*H.* citrina, κ, *Müll.*)
f. *decussata.* (*H.* cidaris, *Lam.*)
g. *castanea.* (*H.* castanea, *Müll.*)

fulva, Müll. (H. nitidula, Alt.)

*** *Labro intus marginato.*

cinctella, Dr.
aculeata, Müll.
tecta, Zgl. (an H. limbata, Dr.?)
incarnata, Müll.

morbosa: albina.
monstruosa: trochlearis.

lurida, Zgl.

Helix leucozona, Zgl.

Olivieri, Fér.

a. *maior, fasciata.* (*H.* parumcincta, *Zgl.*)

b. *minor, fasciata.* (*H.* Olivieri, *β*, Fér.)

c. *intermedia, unicolor.* (*H.* Olivieri, *α*, *Fér.*)

carthusianella, Dr.

a. *maior*, Dr. (*H.* carthusianella, *Fér.*, *H.* claustralis, *Zgl.*)

b. *minor*, Dr. (H. Olivieri, *γ*, *Fér.*)

β. apertura epiphragmate calcareo clausa.

carthusiana, Dr.

a. *maior*, Fér. (H. Cantiana, *Mont.*)

fruticum, Müll.

a. *unicolor.* (H. terrestris, *Gm.*)

b. *fasciata.*

bicincta, m.

strigella, Dr. (H. Altenana, Gaertn., H. sylvestris, Alt.)

villosa, Dr. (H. pilosa, Alt.)

circinata, Stud. (H. montana, Stud.)

umbrosa, Partsch.

striolata, Pf.

plebeium, Dr. (H. rudis, Stud.)

glabella, Dr.

hispida, L.

a. *brunnea.*

b. *fusca.*

c. *cornea.*

d. *nebulata.* (H. hispida, *c*, nebulata, *Synops. ed.* 1., H. hispida, *γ*, *Dr.*, H. lucida, *Pf.*, *nec Dr.*)

e. *affinis.*

morbosa: albina. (H. albula, *Stud.*)

sericea, Müll.

Helix conspurcata, Dr.

a. *normalis.*

b. *minor.* (H. striolata, *Klett.*)

striatula, L. (H. rimata, Klett.)

striata, Dr. (H. intersecta, Lam.)

interiecta, Zgl.

costulata, Zgl. (H. ericetorum, Nilss., H. striata, Lam.)

thymorum, Alt.

a. *radiata.*

b. *fasciata.*

candidula, Stud. (H. apicina, Lam.)

a. *alba.*

b. *fasciata.*

monstruosa: trochlearis.

gratiosa, Stud.

interposita, Partsch.

instabilis, Zgl.

ericetorum, Müll., Dr.

a. *maior.* (H. caespitum, *Pf.*)

b. *media.* (H. ericetorum, *Pf.*)

c. *minor.*

arenosa, Zgl.

obvia, Zgl. (H. neglecta, Hartm.)

neglecta, Dr.

caespitum, Dr.

campestris, Zgl. (H. pustulata, Mhlfld.)

protea, Zgl.

monilifera, m. (H. maculosa, Zgl., H. meridionalis, Parr.)

Helix variabilis, Dr. (H. subalbida, Poir.)

a. *fasciata.*

b. *unicolor, albida.* (*H.* istriensis, *Zgl.*)

obsoleta, Zgl.

pisana, Müll. (H. rhodostoma, Dr.)

a. *albida, unicolor.*

b. *albida, fasciis brunneis, continuis et interruptis.* (H. sardoa, *Zgl.*)

c. *albida, fasciis rufis, latiusculis.*

d. *albida, lineis rufis; imperforata.*

e. *ferruginosa, fasciis brunneis et fuscis, continuis et interruptis.*

pyramidata, Dr.

maritima, Dr.

crenulata, Oliv.

sabulosa, Zgl. (H. arenaria, Zgl.)

agnata, Zgl.

conica, Dr.

conoidea, Dr. (H. Cochlicella conoidea, Fér., H. pyramidalis, Mhlfld.)

Carocolla, Lam. (Helicum subgenus Helicigona, Fér.)

A. *Conoïdeae.*

pileus, m. (Helix pileus, Müll., Bulla bifasciata, Gm., B. ambigua, Gm., Trochus pileus, Chemn.)

pyramidella, m. (Helix pyramidella, Wagn., Trochus bifasciatus, Burr.)

lonchostoma, m.

elegans, Lam. (Helix elegans, Gm.)

a. *elata; testa conica.*

b. *humilis; testa convexo-conoidea.* (Helix depressa v. terrestris, quorund.)

B. *Solidae; spira convexa.* (Caracolus, *Montf.*)

Carocolla lampas, m. (Helix lampas, Müll.)

albilabris, Lam. (Helix carocolla, L.)

angistoma, Lam. (Helix angistoma, Fér., H. Carocolla, Chemn.)

marginata, Lam. (Helix marginata, Müll., H. marginella, Gm.)

a. *imperforata.*

b. *umbilicata.* (C. unifasciata, *Schum.*)

β. *pumila.*

variegata, m.

C. *Corneae; testa orbiculato - convexa s. convexiuscula.* (Vortex, *Ok.*)

acutimargo, m. (Helix acutimargo, Zgl.)

lapicida, Lam. (Helix lapicida, L.)

morbosa: albina.

barbata, m. (Helix barbata, Fér.)

lenticula, m. (Helix lenticula, Fér.)

albella, Lam. (Helix albella, L.? Dr., H. explanata, Müll.)

filimargo, m. (Helix filimargo, Zgl.)

D. *Spira convexiuscula v. depressa; subtus convexae.* (Iberus, *Montf.*)

Gualtieriana, Lam. (Helix Gualteriana, L., Fér., H. obversa, Born.)

planata, Lam. (Helix erycina, Zgl., H. planata, Chemn.)

incisa, Klett. (Helix incisa, Chemn.)

atomata, m.

leucas, m. (Helix leucas, L., H. albella, Chemn.)

Cinae, Klett. (Helix albina, Müll.)

Carocolla maculata, m. (Helix maculata, Müll.)
Anostoma, Lam. (inter Helicodontas, Fér.; Angystoma, Schum.; Tomogeres, Montf.)
globulosa, Lam. (Helix ringicula, Fér.)
Bulimus, Scop.; Br.; Lam.; (Helicum subgenera Cochlogena et Cochlicella, Fér.; Bulinus, Stud.; Pythia, Ok.)
A. *Veri; labro reflexo. Cochlogena; Lomastomae*, Fér. (Bulimus, *Montf.*)
* *Ovati.*
ovatus, Br. (Helix ovalis, Gm., H. ovata, Müll., Bulla ovata, Chemn.)
haemastomus, Scop. (B. oblongus, Br., Helix oblonga, Müll., Bulla oblonga, Chemn.)
iuvenilis: (Helix semilineata, *Synops. ed.* 1., Ampullaria rosea, *Spix.*)
citrinus, Br. (Helix aurea, Dillw., Fér.)
a. *dextrorsus.* (Helix dextra, *Müll.*)
b. *sinistrorsus.* (Helix sinistra, *Müll.*, H. perversa, *L.*)
inversus, Br. (Helix inversa, Müll., Fér.)
laevus, Br. (Helix laeva, Müll.)
** *Conoidei.*
corneus, m. (Helix beticata, Fér.)
montanus, Dr. (B. caucasicus, Zgl., Helix buccinata, Alt.)
tener, Zgl.
obscurus, Dr. (B. hordeaceus, Br., Helix obscura, Müll.)
adolescens: (Turbo pyramidalis, *Gm.*, Helix ventricosa, *Gm.*)
morbosus: albinus.
B. *Odontostyli; columella plica valida, obliqua, dentiformi, anterius protuberante. Cochlogena; Helicteres*, Fér.

Bulimus vulpinus, m. (Helix vulpina, Fér.)

seminiger, m. (Monodonta seminigra, Lam., Helix lugubris, Fér., Turbo lugubris, Chemn.)

C. *Otostomi; apertura pyriformi, triangula vel oblonga; labro reflexo. Cochlogena; Stomatoides*, Fér.

melanostomus, Swains. (Helix melastoma, Fér.)

a. *ore badio.* (Bulla variegata, *Silveir.*)

b. *ore exalbido.*

struthiolaris, m. (Auris melastoma, Spix.)

lateralis, m. (Helix auris leporis, α, Fér.)

lagotis, m. (Auricula leporis, Lam., B. auris leporis, Br.)

aegotis, m. (Auricula Sileni, Lam., Helix auris caprina, Fér., Voluta glabra, Gm.)

goniostomus, Sow. (Helix goniostoma, Fér.)

D. *Placostyli; columella plica obliqua aucta. Cochlogena; Dontostomae*, Fér.

bootis, m. (Auricula bovina, Lam., Helix auris bovina, Fér., Voluta auris Malchi, β, Gm.)

var. microstoma; suturis marginatis.

clausiliaeformis, m. (Helix clausiliaeformis, Fér.)

bacillaris, m. (Helix zebriola, Fér.?)

zebra, Zgl.

obsoletus, Zgl.

E. *Oxystyli; columella basi attenuata, acuta. Cochlostyla*, Fér.

gallina-sultana, Lam. (Helix sultana, Fér.)

zikzak, Lam.

pulchellus, m. (B. undatus, Wagn., Achatina pulchella, Spix.)

undatus, Br. (Helix undata, Fér., Bulla zebra, Gm.)

Bulimus peruvianus, Br. (Helix peruviana, Fér.)

F. *Oxycheli; labro acuto, simplici vel intus marginato. Cochlogena*, Fér. (Limicolaria, *Schum.*)

* *Columella recta. Umbilicatae*, Fér.

ustulatus, m. (Achatina ustulata, Lam.?)

kambeul, Br. (Helix kambeul, Dillw.)

** *Columella flexa. Perforatae*, Fér. (Bulimulus, *Leach.*)

fusiformis, m.

cylindricus, m. (B. tauricus, Lang.)

candidatus, Zgl.

radiatus, Br. (Helix detrita, Müll., H. sepium, Gm.)

a. *unicolor, albidus.*

b. *albidus, strigis coerulescentibus.*

c. *albidus, strigis subfuscis.*

revolutus, Zgl.

guadalupensis, Br. (Helix acuta, Chemn.)

angiostomus, Wagn.

iuvenilis. (Bul. virgatus, *Spix.*)

virgulatus, m. (Helix virgulata, α, Fér., Helix detrita, Chemn. Conch. Cab. IX. fig. 1225. a.)

Caribaeorum, Lam.

a. *albidus, fasciis interruptis, fuscis.*

b. *albidus, fasciis et linea continuis, fuscis.*

c. *fuscus, fascia ad suturam albida.*

mexicanus, Lam. (Helix vittata, Humb., Fér.)

G. *Turriti; testa turrita, labro acuto, simplici. Cochlicella*, Fér.

ventricosus, Dr. (Helix ventrosa, Fér.)

iuvenilis, incompletus. (Bul. agnatus, *Zgl.*)

acutus, Br. (Helix acuta, Müll., Fér.)

a. *strigatus.*

b. *unifasciatus.*

iuvenilis, incompletus. (Longaeva turrita, *Mhlfld.*)

Bulimus calcareus, Br. (Helix calcarea, Born., H. obtusata, Gm.)

decollatus, Br. (Helix decollata, L.)

a. *maior; anfractu ultimo convexo.* (Bul. mutilatus, *Say.*)

b. *minor; anfractu ultimo anguloso.*

columnella, Klett.

Achatina, Lam. (Helicum subgenera Cochlitoma et Cochlicopa, Fér.)

A. *Macrostomae; testa ovata, ventricosa. Cochlitoma*, Fér. (Achatinus, *Montf.*)

perdix, Lam. (Helix achatina, Fér., Bulla achatina, L.)

zebra, Lam. (Helix zebra, Fér., Bulla zebra, Chemn.)

purpurea, Lam. (Bulimus purpurascens, Br., Bulla purpurea, Chemn.)

acuta, Lam.

B. *Microstomae; testa ovato-conoidea. Cochlitoma,* Fér. (Liguus, *Montf.*)

exarata, m. (Helix exarata, Fér., Bulimus exaratus, Br., Bulla exarata, Gm., Buccinum exaratum, Müll.)

perversa, Swains. (Helix regina, sinistra, Fér.)

vexillum, Lam. (Bulimus vexillum, Br., Bulla fasciata, Chemn., Buccinum fasciatum, Müll.)

a. *livida, fasciis albis.*

b. *cinereo-albida, fasciis albis lineisque viridibus cincta.*

pallida, Swains.

virginea, Lam. (Bulimus virgineus, Br., Buccinum virgineum, Müll., Bulla virginea, L.)

C. *Stenostomae; testa elliptica, subfusiformi. Cochlicopa,* Fér. (Glandina, *Schum.*; Polyphemus, *Montf.*)

Achatina glans, Lam. (Bulimus glans, Br., Bulla voluta, Chemn.)

Poireti, m. (Helix Poireti, Fér., Bulimus algirus, Br.)

D. *Brachystomae; testa oblonga, subturrita. Cochlicopa; Styloides*, Fér.

octona, m. (Bulimus octonus, Br., Helix octona, Chemn., Fér.)

acicula, Lam. (Helix acicula, Fér., Bulimus acicula, Br., Helix octona, Schroet., Gm.)

folliculus, Lam. (Physa scaturiginum, Dr., Helix folliculus, Gm.)

lubrica, m. (Bulimus lubricus, Br., Helix lubrica, Müll., H. subcylindrica, L.)

a. *grandis.*
b. *communis,*
c. *exigua.*

unilamellata, m. (Helix unilamellata, Fér., in lit.)

Clausilia, Dr. (Helicum subgenus Cochlodina, Fér.; Volvulus, Ok.)

A. *Apertae; apertura laminis destituta.* (Balea, *Prid.*; *Gray.*)

fragilis, Stud. (Pupa fragilis, Dr., Turbo perversus, L. Syst. nat.)

contaminata, Zgl.

obliqua, Mhlfld.

lactea, Zgl.

B. *Claviculatae; apertura laminis instructa.*

* *Laeves.*

crenata, m. (Helix crenata, Fér.)

corrugata, Dr. (Cl. marmorata, Zgl., Cl. dalmatina, Partsch., Turbo corrugatus, Chemn.)

Clausilia acridula, Zgl.
laevigata, Mhlfld. (Cl. lesinaeensis, alior.)
lucida, m.
bidens, Dr.
grossa, Zgl.
ungulata, Zgl.
blanda, Zgl.
suturalis, Mhlfld.
fimbriata, Mhlfld.
morbosa: albina. (Cl. virens, *Mhlfld.*)
marginata, Zgl.
cerea, m. (Cl. marmorata, Parr.)
laevissima, Zgl.
crassilabris, Mhlfld.
pachygaster, Partsch.
glabrata, Mhlfld.
albescens, m. (Cl. laevigata, Martens, olim.)
candidescens, Zgl.
latilabris, Mhlfld.
